



Theses juridicae inaugurales

<https://hdl.handle.net/1874/312642>

THESES JURIDICAE INAUGURALES.

THE
REVUE
LITTÉRAIRE
DE
PARIS
TOME
LXXV
ANNEE
1906
N° 1
FEBRUER
1906

TYPIS MANDAVERUNT
L. E. BOSCH ET FILIUS ET VIDUA P. MUNTENDAM ET FILIUS.

THESES.

I.

Tacita novatio a Justiniano non est sublata.

II.

Mulier beneficio sc̄ti vellejani renunciare non potest.

III.

Heres e re certa institutus una cum herede sine parte legatarius jure dici nequit.

IV.

Onus hospitii militaris ad locatorem pertinet.

V.

Pactum non est naturalis obligatio.

VI.

Marito per al. 3 art. 179 C. C. donandi facultas non utique adimitur.

VII.

Usufructuarius cautionem offerens curatores ob neglectam satisfactionem institutos repellere, et rerum gestionem potest suscipere ipse.

VIII.

Curator nemini datur sine curatore subrogato.

IX.

Liberi quoque privilegium art. 329 petere possunt.

X.

Quamquam male e C. Nap. translatum art. 845 C. C., al. 2 tamen effectu carere non opinor.

XI.

Juri recepto consentaneum duxerim, eum, qui repudiaverit uxorem propter malitiosam desertionem, etiam liberos post desertionem natos reprobare posse.

XII.

Contractum mandati cambialibus litteris non subesse cum EINERT statuo.

XIII.

Contra Cl. VISSERING defendo non esse contentionem inter art. 155 et inter art. 178 jct. 177 C. M.

XIV.

Art. 177 C. M. non jubet ordinem servare indossantium.

XV.

Substitutiones de quibus agitur art. 1036 C. C. probe tollerentur.

XVI.

Improbanda distinctio delictorum secundum Cod. Poen.

XVII.

Mortis poena non omnino abroganda.

XVIII.

Vere dixit DE FREMERY (Etudes de Droit Comm.) "Le Souverain de Constantinople, au nom de sa puissance absolue dit: CECI EST LE DROIT. De ce jour une idee fausse fût la base de la jurisprudence européenne."

XIX.

Qui aedes suas, easque solitarias sine animo nocendi combusserit, ne etiamnunc quidem incendii poenae obnoxius est.

XX.

Fieri nequit, ut quis civis ratione juris publici respectu juris privati peregrinus sit reputandus.

XXI.

Quamvis prodesse videantur partium studia multo magis nocere reipublicae persuasum habeo.

XXII.

Sensu caret aliquando prolata vox: Debita publica augere populi opes.

XXIII.

Miserum epigramma FILANGIERI illud: "Tout les calculs qui ont si long-temps agité les conseils des princes, n'ont eu pour but que la solution de ce problème: Quelle est la manière de tuer la plus grande quantité d'hommes dans le moins de temps possible?"

XXIV.

Facio magis cum B. CONSTANT dicente: "Mais il y a aussi des époques de la société où, la civilisation ayant crée pour l'homme de nouveaux rapports avec ses semblables, et par-là une nouvelle nature, la guerre n'est plus une nécessité des nations."
